



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

60. An hoc priuilegium extendatur ad Epsicopos titulares? Ex p. 8. tr. 2.  
res. 28. p. 296.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

## RESOL. LX.

An hoc privilegium extendatur ad Episcopos Titulares? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 28.

Sup. hoc supra in Ref. 28. §. vlt. & in tom. 5. tit. 3. Ref. 26. cursum in §. Verum.

§. 1. **R**espondeo negativè, etiam si expensis Episcopi vixerit; nam absens non dicitur propriè familiaris, neque Episcopus potest eius mores perferuari. Et ita tenet Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21. Cenedo in quest. Canon. quest. 18. num. 30. Molfesius in summa, tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 8. Suarez de censur. disp. 31. sect. 15. num. 1. de alij, Vnde Piascius in praxi, part. 1. cap. 1. or. 2. num. 14. sic ait: Dicitur autem familiaris, qui semper assistit Episcopo, & qui est ipsius continuis consuetudinis domesticus, cap. fin. de verb. signific. 6. Grot. ibid. not. vlt. non verò qui in longinquo moratur, etiam si ibi sumptibus Episcopi vivat. Vnde Llo. de irreg. cap. 2. num. 5. Lopez ad Dial. in praxi, cit. crim. cap. 26. vers. sternus casus. Rationemque dant istem, quia videlicet in longinquo degentis Episcopus mores cognoscere non potest, ob quem maxime receptum videtur hanc facultatem Conc. cit. indidit Episcopis, Lopez, & Quarant. loco citat. in Piascius.*

## RESOL. LXI.

An ut Episcopus ordinet suam familiarem triennalem, sufficit ut vltimum annum esse inceptum? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 29.

§. 1. **R**espondeo negativè cum Ioanne Præposito in 3. part. de sacrament. Ordinis, quest. unica, dub. 14. num. 142. Et idè Marchinus de sacrament. Ordinis, tract. 1. part. 5. cap. 9. num. 2. ait, quòd Concilium intelligi debet de familiari in servitute per triennium continuatū completum, nec sufficeret tertium annum fuisse inceptum. Ratio est, quia licet annus ceptus, & dies inchoata in favorabilibus pro completa habeatur, ut supra dictum est, secus tamen est in odiosis: at odiosum est Episcopis, quibus talis familiaris ratione domicilij, vel loci originis est de iure subditus, à propria eximi iurisdictione: & idè, cum sumus in odiosis, annus ceptus debet esse completus.

## RESOL. LXII.

An servitium triennale sufficiat esse inceptum ante assumptionem ad Episcopatum? Ex part. 8. tract. 2. Ref. 30.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo cum Molfesio in summa, tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 8. vbi ait requiri servitium triennale esse continuum, siue ceptum sit, antequam esset Episcopus, & completum sit, dum erat Episcopus; nam hoc parum refert. Et ita etiam docet Marcellus Vulpe in praxi fori Eccles. cap. 7. n. 19. & pro hac sententia Garcia de beneficiis, tom. 1. part. 2. cap. 5. n. 83. adducit declarationem sacre Congregationis, vbi sic ait. Triennium in terminis d. cap. 9. sufficit, quòd incipiat, antequam fuisset Episcopus, ut sacra Congregatio censuit super d. cap. 9. his verbis: Ex indentitate rationis sufficit, quòd triennium inceperit antequam fuisset Episcopus. Ita Garcia; cui etiam adde Præpositum in 3. part. de sacram. Ordinis, quest. unica, dub. 14. num. 142. Et ratio est, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & lex absolutè loquens, absolutè est intelligenda. Sed Concilium non distinguit de servitio ante, vel post Episcopatum esse actionem: ergo absolutè intelligendum est.

## RESOL. LXIII.

An familiaris Episcopi per triennium in regione remota possit ab illo ordinari? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 31.

§. 1. **R**espondeo negativè, etiam si expensis Episcopi vixerit; nam absens non dicitur propriè familiaris, neque Episcopus potest eius mores perferuari. Et ita tenet Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21. Cenedo in quest. Canon. quest. 18. num. 30. Molfesius in summa, tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 8. Suarez de censur. disp. 31. sect. 15. num. 1. de alij, Vnde Piascius in praxi, part. 1. cap. 1. or. 2. num. 14. sic ait: Dicitur autem familiaris, qui semper assistit Episcopo, & qui est ipsius continuis consuetudinis domesticus, cap. fin. de verb. signific. 6. Grot. ibid. not. vlt. non verò qui in longinquo moratur, etiam si ibi sumptibus Episcopi vivat. Vnde Llo. de irreg. cap. 2. num. 5. Lopez ad Dial. in praxi, cit. crim. cap. 26. vers. sternus casus. Rationemque dant istem, quia videlicet in longinquo degentis Episcopus mores cognoscere non potest, ob quem maxime receptum videtur hanc facultatem Conc. cit. indidit Episcopis, Lopez, & Quarant. loco citat. in Piascius.*

2. Igitur inhærendo verbis Concilij, ubi familiarem innotuit hoc tantum procedere in illis familiaribus, qui cum Episcopo commorantur, et ibi, qui sunt presentes, & assistunt obsequijs Episcopi. Alioqui si absentes sunt in regione remota, etiam si illius sumptibus vivant, quasi procuratores, vel quomodolibet mercenarii, videtur eos per hoc non acquirere domicilium, vel facultatem promotionis. Quoniam in tam longa absentia, non rectè potest Episcopus nosse illius mores, & quandoquidem hoc triennium à Concilio præsumitur potest ad hoc principaliter suffragari, quòd mores, & vita ab Episcopo cognoscantur, argument. cap. si quis in regione 17. quest. 1.

## RESOL. LXIV.

An Episcopus possit ordinare suam familiarem servientem tamen illum in ciuitate, sed extra domum? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 32.

§. 1. **R**espondeo affirmativè cum Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 21. Nam in terminis Concilij dicendum est, familiaris esse qui in obsequio Episcopi intra, vel extra domum eius Episcopi expensis alitur. Pro hac parte est Panormitan. cap. in litteris, de testibus num. 5. vbi dicit, quòd familiaris, est latior vox, quam domesticus, & cap. cum dilectus, de Cleric. non resident. num. 2. vbi hæc dicit: Existentes in servitio alicuius dicuntur familiares, & Mandosius regula 32. Conclariar. p. 10. vbi inquit, Familiares sunt qui alicuius servitio se deputant ab illius alimentis pendentes. Nec obstat cap. finale, de verb. signific. in 6. quia quòd illam casum intelligit illud, per rnos Clericos, secus in hoc casu. Item, quia triennium illud datur à Tridentinis, ut Episcopus norit mores familiaris: at optime cognoscet, quando continuè in suo servitio assistit, licet in alia domo habitet. Item pro hac sententia est Salzedo citatus in notabili primo, circa hunc casum, vbi tantum requirit assistentiam, & quòd talis familiaris non sit absens. Idem tenet quidam Doctor Salmantinus in annotationibus, quas publicè legit circa Tridentinum: & etiam tenet Henriquez l. 1.*